



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Conte[m]platio secunda de Natiuitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

trem, digne valeam compellare: petendo etiam pro affectu, quem in me sensero, quicquid ad maiorem iuuet imitationem Domini mei IESV CHRISTI, velut nunc recens Incarnati. Recitabitur in fine Pater noster.

*CONTEMPLATIO SE-  
cunda de Natiuitate.*

**O**RATIO præparatoria sicut supra.

**P**Ræludium primum ex historia dependet; quæ recensenda est ab egressu beatæ Virginis, ex oppido Nazareth: quo scilicet modo ipsa iam nono mense grauida, & insidens asinæ (vt piè meditari licet) ac Ioseph comes, cum ancillula, & bove, profecti sunt Bethlehem, tributum à Cæsare exactū, pro se soluturi.

**S**ecundum vero deducendum erit ex consideratione itineris; æstima-

ta eius

ta eius longitudine, obliquitate, lenitate, vel asperitate passim occurrente. Deinceps, etiã Natiuitatis locum rimabimur, speluncæ similem, latum, vel angustum; planum, vel erectum; commode, vel incommode paratum.

**T**ertium, à superiore nihil mutabitur.

**P**unctum primum est, aspectus personarum; vt Virginis Deiparæ, & Ioseph coniugis, cum famula, & CHRISTI Domini, vt infantis nunc primum nati: \* Inter quos me adesse fingam, tanquam pauperculum, \* i eorum vtcunque necessitatibus, cum reuerentia maxima famulantem. Ac inde quid ad me redire emolumentum, ex tali spectaculo possit, dispiciam.

**S**ecundum, conficitur ex verborum quæ ibidem fiunt, apprehensione fructuosa.

**T**ertium, vt negociorum, quæ illic geruntur, inspectione; puta itineris, laborum, & causarum, ob quas summus omnium Dominus, in summa natus sit egestate; laturus quoq; in hac vita cum perpetua paupertate labores, famem, sitim, estum, frigus, opprobria, verbera, & crucem tandem subiturus; idque mei causa: vnde per singulas studebo prouentum aliquẽ spirituales colligere. Hæc demum concludenda erunt inito colloquio, & finito cum Pater noster.

*TERTIA CONTEMPLATIO, est repetitio precedentium duarum.*

**P**ro tertio exercitio, seu contemplatione, repetuntur duæ præcedentes cum oratione præparatoria, & iisdem tribus præludiis, notando vbique, & fixius tractan-

do il-